



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Hieronymus Moranta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

pora humi nuda, planèque recentia reperta sunt, duobus canibus illa custodientibus. Integer item manipulus concionum, nil corruptus inter tot imbres, ac niues.

P. Hieronymus Moranta.

Hispanus.
ibid.
etat. 41.

Mortif.

Crucif.
aus.

Oratio.

Sacrum.

Fuit socius P. Ioannis in vita, & morte. Deprehensus est aliquando in loco ab arbitris remoto, Cruci affixi Christi effigiem tenens manu alterâ, alterâ se flagellans, & plorans vbertim, oransque pro salute Indorum, ac pro efficacitate concionum, vt ex in corda profundissimè penetrarent. Inde concione quadam vnicâ facilè quingentos conuertit. Hispani illum Sancti nomine appellabant ab excelsâ existimatione virtutis. Columba circa illum sacri-

fi
se
d
o
R
n
h
c

b
ta
il
p
te
n
c
u
I
d
M
f
c

ficantem volare visa est non
semel, sanguinis fundendi in-
dex. Cædendum in fidei
odium prædixit Alphonsus
Rodriguez; id quod hoc de-
mum die patratum est. In
huius quoque cadauere cili-
cium est repertum.

Mortif.

*P. Ferdinandus de San-
taren.*

Per annos 23. in missioni-
bus Indiæ versatus, virgini-
tate, ac sanctimonix laude
illustris asperrima multa per-
pessus est. Supra 40. noua
templa istic erexit: & vt mi-
nimùm quinquaginta millia
capitum suâ manu baptiza-
uit. Aliquando à duobus
Indis petijt arbori alligari, &
dorso toto flagris concidi.
Magna in illo eminuit cu-
stodia oculorum, suavis pla-
cido in ore verborum vis ac

*Hispanus
in Tene-
rapa.
20. Nou.
1616.*

*Fides.**Mortif.**Oculi.*

Q 4. ro-